1174 in Ungaria, modo in curia imperatoris, sive ubicumque potuit, molesto exercebatur exilio. At pater eius tantum eo loci, ubi dictum est, spatio quatuor mensium demoratus circa principium sequentis anni,
Jan. 18 hoc est 15. Kal. Februarii, mortuus est in senectute bona, et in Missen[1] honestissimae traditur sepulturae. Cuius ossa permittente duce Zobezlao Pragam sunt delata, et in monasterio suo Stragov, quod a primis fundamentis erexerat, sicut hodie cernitur, debito cum honore sunt posita. Computantur autem anni ducatus sui sive regni ab anno verbi incarnati 1140, cum mortuo Zobezlao 16. Kal. Martii ipse feliciter successit eidem, usque in annum dominicae incarnationis 1175,[2] cum mortuus est Wladizlaus rex Priscae
Jan. 18 virginis, numero ferme 35. Sane rex Wladizlaus, quoad vixit, decorem domus Dei intime dilexit, et ampliavit, tum in personis religiosis, quas etiam de exteris nationibus advexit, tum et in domibus religiosis, quarum

Gen. 25,8 et saepius
cf. Psal. 25,8 Vorsicht!

1) Meißen

2) Bretholz 271 verteidigt die Zuverlässigkeit dieser Jahresangabe Gerlachs zu Unrecht; wenn Wladislaus 4 Monate nach dem Hoftag von Nürnberg starb, muß dieser Mitte September stattgefunden haben; 1174 jedoch war Friedrich I. schon Sept. 2 in Basel, von wo er dann nach ~~Italien aufbrach~~ Italien aufbrach (4.4171), während im Herbst 1173 im Itinerar des Kaisers Platz für diesen Hoftag ist. Außerdem spricht ja auch das Zeugnis der übrigen Quellen für dieses Jahr (s. oben S. 107 Anm. )